

6

Ἐπὶ αἰτήσεως Μουσέως Ἰουστινιάνη ποτὲ Παγκρατίου κατοίκου Χάνδακος. Περὶ τεσσάρων τιμαρίων (σερβενταριῶν) καὶ τριῶν τετάρτων, μείον ἑνὸς ἕκτου, κειμένων εἰς τὰ χωρία Σούζιο, Σφακιά, Μελιφοῦργι καὶ Ἑρία, ἀνηκόντων εἰς τὴν κοινότητα καὶ συγχεομένων μετὰ τοῦ τιμαρίου του (ἱππαρχίας). Αἰτεῖται τὴν διὰ δημοπρασίας ἐκποίησιν τῶν σερβενταριῶν εἰς τὸν πλειοδότην. 1369, Ὀκτωβρίου 4.

F^o 35^r Millesimo trecentesimo LXIX, die IIII Octubris.

Capta. Quod secundum consilium sapientum Crete mittatur infrascripta peticio duche et consiliarijs Crete et committatur eis quod examinent istud factum, et si inuenerint istas seruentarias esse condicionatas in termino, quo continetur
5 in petitione faciant eas poni ad incantum publicum et dari plus offerenti; obseruantibus ducha et consiliarij ordines solitos, uidelicet quod dicte seruentarie non emantur nisi per personas que possint emere, uel acquirere de locis illis, et habeant terminum decem annorum ad soluendum sicut alias a caualarijs.

Tenor petitionis predictae talis est. Ducali clementie et suo honorabili consilio, cum omni reuerentia exponitur pro parte uiri nobilis Moysi Justiniano quondam domini Pangratij habitatoris Candide, ciuis fidelissimi uestri, quod sicut est satis notum habuit a ducali dominio chaulariam unam quondam Marci fradelo positam in Sithia, cum magno pretio, nouit deus, et cum maximo sinistro laboribus et expensis. Et quia de bonis quondam dicti Marci Fradello positis in
10 Sithia, restant dari seruentarie quatuor et tria quarta seruentarie, minus sextum seruentarie que sunt in Susio, in Sfachia, Melifurgi et Eria. Et sicut est notum iste quatuor seruentarie cum dimidia et tercia quarta minus sexta, sunt ita condionate et mixte cum chaularia sua quod una pars sine alia stare non potest, ymo est istud totum corpus coniunctum. Et etiam commune Veneciarum male
15 reperiet uolentes illas seruentarias emere propter conditionem predictam, et quia sunt modici ualoris. Et ducalis benignitas sit solita in casu simili tam pro bono communis quam suorum ciuium prouidere; supplicat humiliter et deuote quod dicte quatuor seruentarie et tria quarta minus sextum predictum, ponantur ad publicum incantum et quod suo nomine non obstante quod habuerit unam chaulariam possit incantari et dentur plus dantibus ad incantum de gratia speciali. Nam isto modo commune recipiet drictum suum et ipse si habebit ipsas seruentarias melius cognosiet jura sua, aliter esset in magna confusione et laberintho.
20
25
27

7

Ἐπὶ αἰτήσεως Φραγκούλας χήρας Νικολάου Γραδενίγου καὶ τῆς πενθερᾶς τῆς Μαγδαληνῆς χήρας Μιχαήλ Γραδενίγου, ὡς ἐπιτρόπου τοῦ υἱοῦ τῆς Μιχαλέτου, ὅπως μὴ πωληθῶσιν ἐν πλειστηριασμῷ τὰ τιμάρια τῆς πενθερᾶς τῆς καὶ τοῦ υἱοῦ τῆς.

*Ακολουθεῖ ἡ γνωμάτευσις τοῦ Πέτρου Μοροζίνη τέως δυνκὸς Κρήτης, ἣτις διαλαμβάνει ὅτι τὰ ἐν λόγῳ κτήματα, ἥτοι μία οἰκία ἐν τῇ πόλει κατεσχέθη, ὥς ἀνήκουσα εἰς ἐπαναστάτην.

Τὰ ἀνωτέρω ἐτέθησαν ὑπ' ὄψει τῶν σοφῶν ἐπὶ τῶν ζητημάτων Κρήτης, οἵτινες ἐγνωμάτευσαν. 1^{ον} Νὰ ἀκουσθῶσι τὰ δίκαια τοῦ ἀνηλίκου, εἴτε ὑπὸ τῆς μητρὸς του, εἴτε ὑπὸ τοῦ Πέτρου Κορνάρου διοριζομένου ἐπιτρόπου ἐξ ἐπαγγέλματος. 2^{ον} Παρὰ τὴν προκήρυξιν πλειστηριασμοῦ καὶ τὴν δήμευσιν νὰ ἀκούσωσι καὶ ἀποφασίσωσι συμφώνως πρὸς τὸ δίκαιον. 1369, Δεκεμβρίου 10.

40^{to} Millesimo trecentesimo LXIX, die X Decembris.

In Rogatis et additione.

Cum porrecta fuisset dominationi queddam petitio infrascripti tenoris. A la Dogal excellentia et alo sacro et honorado consejo suplica et expone dona Frangula relita de ser Nicolo Gradenigo e chomessa de so suosera dona Madalena relita de ser Michiel Gradenigo de Crede, si per parte de la dita so suosera, chomo per parte soa, in quanto aspeta a lie, per so fijo Michaleto deuer procurar, chonzosiache mo nouellamente sia mandado alla signoria uostra letere e scritture dalo uostro ducha e conseieri de Chandia, contignando che li abia trouado in li ati delo regimento de ser Piero Morexini, una strida fata soura libeni che li dixesse de lo sourascrito ser Nicolò Gradenigo, ben che li diga de zo niente trouar esser stado facto per li uostri prouedadori, nintemen elo i a parso mandar notade le dite cosse ala uostra Signoria, azò che de qua la magnificentia uostra possa proueder. E chonzosiachè per la dio gratia, me no fo ni raxon ni chaxion che deuesse in tal chaso condanar lo dito ser Nicholò nilli so, quando le chose fosse stade de lo dito che non iera, in per quello che dei lu se poria mostrar a se beni et a se fedeltade e no alchun male. E questo ben po constar ala Signoria Uostra che li uostri prouedadori lo aue per bon e no per rio et alo assolto lui e chasa soa, chosi chomo tuto lo resto de quella uostra tera. E solamente li uostri prouedadori fo quelli che dala uostra Signoria aue hotoritade de asoluer in lo dito caso e chondanar. E da puo la fidaxon fata, la dita dona Madalena sempre a tegnudo e posedudo e uarnido le dite chaualarie e fato tute le facion a plaxer de la Signoria con gran spexe senza contradicion alchuna, degnasse la Uostra dogal signoria consueta sempre de tratar tuti li uostri subditi zustamente che la dita dona sia spazada. Et azò che lí diti luogi no se uasta, mandar al dito uostro regimento che la possa far conzar e sostegnir li luogi, de chi à raxon chognosuda.

Ad quam petitionem respondit nobilis uir ser Petrus Mauroceno olim ducha Crete in hunc modum. Quod antequam cederet de Venecijs pro eundo ad regimen Crete predictum, multe persone impetrabant coram uestro dominio in bonis rebellium tam intromissis quam intromittendis, eis audientia preberetur, ut possent consequi jura sua, ad quarum instantiam uestra dominatio commissit Regimini Crete quod audiret et terminaretur, in ipsis bonis, quod sibi iustum per-

peret tam pro conseruatione iurium communis quam specialium personarum, sicut deberet apparere in registris uestre cancellarie. Uerum ipso applicante ad
 35 ipsum regimen, inuenit quod prouisores uestri uidelicet dominus Petrus Triui-
 sano et socij intromiserant unam possessionem positam in ciuitate, pertinentem
 uni seruientarie dicti quondam Nicoleti Gradonico nominate in litteris nouiter
 per ducham Crete uestro dominio missis. Et in eam possessionem iam posuerant
 de stipendiarijs uestris uidelicet dominum Nicolaum Uicecomitem. Mater uero
 40 ipsius Nicoleti comparuit sepius coram ipso et suo consilio petens dictam domum
 uel possessionem sibi assignari ex forma unius dominationis, per eam predicto
 filio suo facte, de medietate suorum bonorum certis condicionibus apposis.
 Cui contradicebant aduocatores communis uel camerarij deinde manutenentes
 jura communis ac dicentes cum multis rationibus in pluribus uicibus, quibus
 45 utraque pars fuerat coram ipsis quod nullo modo erat audienda, quia commune
 succedebat omnibus rebellibus. Et sicut recordatur negocium non cepit finem,
 quia pars se retraxit, allegans se habere subuentionem dehinc. Bona uero de qui-
 bus fit mentio in cedula missa nunc uestre dominationi fuerit intromissa, ante-
 quam applicuisset illuc. Et hoc credit, quia non recordatur quod suo tempore
 50 fuerit facta intromissio ista. Super facto uero stride est uerum, quod repertis istis
 bonis intromissis facta fuit sibi conscientia, quod multa occultabantur in dam-
 num communis. Et ad istum finem fieri fecit stridam predictam. Preterea uide-
 bitur sibi debitum manifestare magnificentie uestre quod tempore rebellionis iste
 Nicolaus et mater ipsius, que nunc supplicat, fuerunt male condicionis et pessimi
 55 proditores. Et bene apparuit per effectum quod dum ipse ser Petrus ducha iret
 cum exercitu uestro pro adipiscenda ciuitate, prefatus Nicoletus Gradonico ue-
 niens primo rebellis genti uestre ad passum de Armiro, ibi extitit interfectus,
 huius uero rei ulterius non recordatur, dominatio uestra disponant sicut placet.

Posite fuerunt et capte infrascripte due partes secundum consilium sapien-
 60 tum Crete, qui examinauerunt scripturas petitionem predictam.

Capta. Et primo super facto pueri parui filij Frangule, quod committatur aucto-
 ritate huius consilij auditores sententiarum quod audiant dictum factum. Et quia
 puer paruus est nec habet tutores qui possint placitare pro eo et sustinere jura sua,
 ordinetur quod ser Petrus Cornario uel mater et alter eorum simul et diuisim possint
 65 nomine pueri comparere, placitare et omnia facere pro puero que fuerint opportuna.

Capta. Super alio facto domine Magdalene relicte ser Michaelis Gradonico
 scribatur et mandetur duche et consiliarijs Crete quod non obstante aliqua crida
 uel confiscatione facta per ser Petrum Mauroceno olim ducham Crete, audiant
 69 factum ipsum et terminent et faciant quod sit justum.